

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

3. Magistratus obedientiâ honorandos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

cum natura rectaque; ratio, quae à solo Deo est, dicitur, & hominibus fuggerat, ut Recip. magistratus præficiant, à quibus regantur. Addit: Quia autem sunt, à Deo ordinatae sunt, ut homines à peccatis retrahantur, atque ad iustitiam pacemque, colendam impellant. Neque verò ordinatae sunt tantum aptaque; institutæ, verum etiam præceptæ; ut eis resistere nefas sit. Vnde sequitur: Itaque qui resistit potestate, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt; tum ab ipsa potestate temporariam, tum à Deo æternam, ut S. Chrysostomus exponit. E quibus deducit D. Augustinus, esse peccatum mortale etiam ciuili resistere potestati, si nimirum res grauis, & sub graui interminatione præcipiantur. Hac enim de causa subiungit: Ideò necessitate subditi estote, non solum propter iram (seu pœnam, ob quam gladium portat) sed etiam propter conscientiam, ne ea inobedientiæ rea fiat. Honorandus est igitur magistratus timore, reverentia, obedientia, vestigalibus & tributis; denique titulis, sceptris, purpuris, prout cuiusque gradus exigit.

Vt autem intelligamus, quorsum hunc honorem adeò inculcat D. Paulus, in memoriam renocandum est, quod Clemens Alexandrinus, aliquique scribunt, tempore Christi & D. Pauli, ob Iudæ, & Galilæorum sectam, quæ diu inter Iudæos viguit, docuitque, pro libertate tuenda omne dominium Cæsaris & vestigal, etiam morte proposita, abnuendum esse (de qua non solum Iosephus, sed etiam Acta Apostolorum meminerunt,) rumorem quoque & suspicionem ad Christum & Apostolos transiisse, eò quod ipsi quoque Galilæi & nouarum rerum præcones essent; quasi per Euangelium politias humanas, regna, & Rœsp. sœculares euertirent; quemadmodum Iudæi omnes Iudam & Galilæos secuti, qui quod dicerent, populum D'gi liberum non debere subiici, & infidelibus Romanis seruire, Romanis de facto rebellarunt. Qua de causa à Tito excisi sunt. Itaque tunc, cum Christi Ecclesia inciperet innoscere, eadem calumnia, in Christianos, qui origine erant, & habebantur pro Iudæis, deriuata est. Eam calumniam, ut abstergeret Christus, iussit dari Cesari, que Cæsar is sunt, & Petro mandauit, ut didrachma solueret; ac ne apud Romanos, aliosque magistratus Christiana religio in odium vocaretur, Paulus, Apo-

S. Augustini
Ep. 50.

Clem. Alex.
lib. 4. Strom.
S. Augustin.
in Psal. 118.
conc. 31.
Ioseph lib. 12.
Antiq. cap. 1.
Act. 5. 37.

III.

stoliique,

Qq.

306 Cap. XXVII. Videntur, Magistratus, sacerdotes, &c. honorandos,

stoliisque, Principibus dandum esse honorem & tributum, sèpius docuerunt. Qua de causa etiam princeps Apostolorum scriptus:

1. Petr. 2. 17. *Omnis honorate: fraternitatem diligite; Deum timete: regem honorificate.* Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Quoniam igitur & Nero, & DIOCLETIANUS, & DOMITIANUS alijq; eiusdem ingenij principes legitime creati sunt Imperatores, et si tyrannicè imperarint, haud tamen tyranni fuerunt, sed veri Imperatores; eaque propter potestatem à Deo acceperunt. Igitur Christiani omnes illis, in conscientia obedire debuerunt; quām diu Deo nihil aduersum iusserunt, cui utiq; semper magis obedire oportet, quām hominibus, qui subinde potestate accepta abutuntur.

A&R. 5. 29.

S. Augustin. lib. 5. Ciuit. cap. 21. *Non tribuamus, inquit S. Augustinus, dandi regni atque Imperij potestatem, nisi Deo vero, qui dat felicitatem in regno calorum sòlis pjs, regnum verò terrenum & pjs, & impjs, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet.* Ac postea: *Qui dedit Mario, ipse & Cesari; qui Augusto, ipse & Neroni; qui Vespasiano vel patri, vel filio suauissimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo: & nepp singulos ire necesse sit; qui Constantino Christiano, ipse apostata Julianum.* Omnibus igitur Principibus honor & obedientia tribuenda est, quia hæc est ordinatio & præceptum Dei, illique sunt ministri & vicarij illius, qui gladium portant, ut inobedientes plectant; immò quia conscientia id dictat, ne coram Deo peccemus, qui refractarij minatur damnationem longè aliam, quām magistratus ciuilis. Habuerunt, ait idem S. Pater, *Principes sua verba, Occidi, Proscribo, in exilium mitto, sed hac non possunt comparari huic: Hoc tuus formidans potest corpus & animam mittere in gehennam, ob id a verbis tuis formidavit cor meum.* Hanc subiectionem & obedientiam indicant tributa, quæ subditi pendunt magistratibus, ut testentur, se eis esse subiectos. Quod Ioseph, quod Maria, immò Christus nondum natus fecit. Exiit edictum à Cesare Augusto, ut describetur unius eius orbis. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth, &c. ut profiteretur cum Maria de sponsata sibi uxore pregnante, & Christum in utero ferente; qui & ipse voluit profiteri, nobisque ostendere modum obediendi magistratibus, qui est optimus modus eundem honorandi.

S. Augustin. in illud Psal. 118. à verbis tuis formidavit cor meum. Luc. 2. 1.

Quamvis